

490

Lib. IV. Cap. I.

municandam. Philoponus *l. 1. post. anal. c. 1.*
ἔνδεξις h. m. sumtam vocat *ὁδὸν viam*, qua
ad accuratam rerum scientiam pervenitur.
Hæc acceptio est hujus loci.

5. Omne autem instrumentum ex fine
æstimari debet; requiritur enim, ut aptum
& idoneum sit ad certum finem, quam a-
ptitudinem si non habet, non nisi impro-
priè, instrumentum vocari potest, unde
Arist. *l. 1. de part. anim. c. 1.* manum æne-
am aut ligneam tantum æquivocè instru-
mentum vocat, quia suo officio funginon
potest, seu quia ad finem, ad quem vera
manus ordinatur, obtinendum est inepta.
De natura igitur instrumenti ex fine & a-
ptitudine ad eum judicandum est.

6. Quia igitur demonstratio est instru-
mentum, de ea quoque ex fine & aptitudi-
ne ad finem judicandum erit.

7. Finis autem demonstrationis est sci-
entia. Ad naturam igitur demonstratio-
nis requiritur, ut apta sit ad scientiam gi-
gnendam.

8. Scientia autem missis aliis acce-
ptionibus, duplex est 1. *ὁρῆ*, quod res sit;
2. *διόρις*